Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

xliiij.

Ego autem ab homine testimonium non accipio; sed hæc dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens. Vos autem uoluistis exultare ad horam in luce eius. Ego autem hæc testimonium maius iohe. Opera enim que dedit mihi pr ut perficiam ea; ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me, quia pr me misit. Et qui misit me pr; ipse testimonium perhibet de me. Neq; uocem eius unquam audistis; neq; speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habetis in uobis manens; quia quem misit ille huic uos non creditis. Scrutamini scripturas; quia uos putatis in ipsis uitam eternam habere. Et ille sunt que testimonium perhibent de me; et non uultis uenire ad me ut uitam habeatis in uobis. Claritatem ab hominibus non accipio; sed cognoui uos, quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego uenio in nomine patris mei; et non accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam que a solo deo est non quritis? Nolite putare quia ego accusaturus sum uos apud patrem; est qui accusat uos moises in quo speratis. Si enim crederetis moysi crederetis forsitan et mihi; de me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Precatus est moyses. Offertorium

In conspectu domini dei sui et dixit precatus est moises in conspectu domini dei sui et dixit quare commiserasti in populo tuo parce ire animi tui memento abraam ysaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placatus factus est dominus de malignitate quam dixerat facere populo suo. Secreta.

Dominus sacrificij nomini tuo hoc munere oblata dicata